

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd Eusebio Pa[m]phili mortuo, Acacius Caesariae episcop[us] creatus  
est, et de Co[n]sta[n]tini iunioris morte. Cap. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

piscorum conuentus illud minimè decidisset, ecclesiæ illius administrationem denuo occupasset. Adeò verò creuit calumnia, ut Imperator ira admodum accensus, eum Alexandria exturbaret. Sed qua ratione hoc factitatum sit, dicam equidem paulò post.

*Quod Eusebio Paphili mortuo, Acacius Cæsariæ episcop⁹  
creatus est, et de Constantini iunioris morte. C.A.P. III.*

**E**odem tempore, Eusebius cognomento Pamphilus Cæsariæ Palæstinæ episcopus, morte obiit, & Acacius eius discipulus in illum successit episcopatū: qui quidem cum alios complures libros, tum librum de vita præceptoris sui Eusebii conscripsit. Non longo tempore post Constantinus iunior, qui nomen à patre traxerat, frater Imperatoris Constantij in fines imperij Constantis fratris sui natu minoris irruptionē faciens, cū eius militibus manu cōfligit, ab eisdéq; interficitur, Acindyno & Proculo Cos. s.

*Quod Alexander cum è vita decederet, duos in epi-  
scopatum ipsius delegados proposuit, Paulum &  
Macedonium. C.A.P. IV.*

**P**ER idem tēpus in vrbe Constantinopoli, alias tumul tus eas seditiones, quas ante posuimus, est continuò insecurus, qui quidē eiusmodi de causa excitatus est. Alexander illius ecclesiæ Episcopus, qui strenuè contra Ariū dimicauerat, cū viginti tres annos in episcopatus administratione contriuisset, annosq; vixisset nonaginta octo, excessit è vita: & quanquā neminē, qui in eius locum succedēret, renuntiauerat, illis tamen penes quos erat episcopi diligendi potestas, in mandatis dedit, vt alterū è duobus, quos ille nominaret, deligerent. Atque si vellent hominem cū ad populū docendū aptū, tū vitæ & morū integritate probatū, ad illud munus aslumere, Paulo, quē ipse presbyterū ordinaverat suffragarētur: qui vt ætate admodū iuuenis, ita prudētia & cōfilio planè senex erat. Sin eum, quē illustris pietatis significatio solū cōmendabat, sibi dari optarēt, Macedonio eū honoris gradū deferrent: qui & diaconus illius ecclesiæ iam pridē fuisset, & nūc ætate valde prouectus. Vnde in epi scopo deligēdo maior orta cōtentio, ecclesiaq; graui⁹ exagata est. Nā popul⁹ fuit in duas factiōes diuisus: quarū altera